

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. XI

[urn:nbn:de:bsz:31-263854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263854)

§. X.

P. 34. deest **חַן** radix inusitata, cujus notio suppedatur arabico **חַן** *conjunctus, consociatus fuit, amicus fuit*, quacunque ratione, v.g. nativitate et sanguine, adfinitate, cognatione, animicum altero consensione. Inde **חַן** *frater, conjunctus cum quo nativitate*, Gen. XXXIII, 9. 2. *sanguine, vel cognatus* Gen. XIV, 14. XXIV, 27. Jud. IX, 1. 3. *quacunque ratione, ut α) societate* Nehem. IV, 13. β) *vicinitate* Ex. X, 23. adeoque vicinus γ) *munere adeoque Collega* 1 Chron. XXV, 7. δ) *animi consensione i.e. amicus* 2 Sam. I, 26. ε) *similitudine* Ezech. XVIII, 10. Job XXX, 29. ζ) *relatione unius ad alterum* Ex. XXV, 20. Jer. XXIII, 35. XXV, 26. Joel II, 8. Quod autem in plurali cum suffixo **י**, perf. sing. et tert. perf. *Kamez* mutatur in *Segol*, id fit ad evitandum duorum *Kamez* concursum, euphonia et facilem pronuntiationem turbaturum. Hinc **חַנִּי** 1 Sam. XX, 28. et **חַנִּי** frequens est.

§. XI.

חַן p. 35. per motionem ab **חַן** formatur *soror*, licet in singulari inusitatum. Vnde pluralis forma **חַנִּים**, constructe **חַנִּים** cui deinceps suffixa pluralis numeri nude adfiguntur loc. cit. Atque hic *pluralis* per enallagen numeri pro *singulari* frequentius occurrit, in quo *suffixa* adsumit eadem, quæ voci singulari adpendi solent. **חַנִּים** *idem*. Per motionem ex **חַן** formatur, in

N 3

singu-

singulari inusitatum, sed in plurali אַחֲוִיתִי *com.* ;
 fructe אַחֲוִיתִי *frequentius loc. cit.*

§. XII.

P. 36. אָרוֹ *juncus, scirpus* Gen. XLI, 2. 18.
 Job VIII, 11. Videtur omnino hæc vox ad ra-
 dicem אָרוֹ pertinere, sed non ex notione *colligandi*,
 verum ex notione vel *festinandi* ex ar. אָרוֹ
festinavit, quod in crescendo *festinet*; vel *debili-*
tandi ex arab. אָרוֹ *debilitavit, mollivit*, quod *mollis*
et debilis sit naturæ. Hæc notio enim *naturam*
ejus exprimit melius, quam ea colligandi,
quippe quæ pertinet ad accidens junci.

§. XIII.

P. 38. אָחַר apud arabes אָחַר etiam est *disflu-*
lit, tardavit, retromanfit, adeoque posterior fuit,
procul abfuit. Inde אָחַר *posterior, us, et אָחַר*
alius, alienus, a nobis absens, illud ex Kal, sed אָחַר
ex Piel. Illud *fœmin. format אָחַרָה, hoc אָחַרָה.*

§. XIV.

אָמָה p. 55. radix inusitata, apud arabes אָמָה
inuito pacto addixit se cui: quamquam apud eosdem
est אָמִי serva facta est. Verum ex priori melius
 deducitur nomen אָמָה pro אָמָה, eliso ה gut-
 turali ante ה formativum, ad utriusque concur-
 sum evitandum, *ancilla, hero vel heræ inuito pa-*
cto ad ancillandum addicta. Vnde ratio adparet,
 cur in plurali ה radicale in singulari elisum recur-
 rat, ut fiat אָמָהוֹת *constructæ אָמָהוֹת.*

§. XV.